



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

317. An Episcopus possit reservare casus circa clausaram in ordine ad  
Moniales exemptas? Et an in dicto casu contraversionis sint absolvendæ  
ob ordinario, vel à Prælato Regulari? Et an Moniales ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

6. Eminentissimi, & Reverendissimi Domini, Statutum est per decretum Sacri Concilij Tridentini, cap. 5. session. 25. de Regul. ut Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati clausuram Sanctimonialium in Monasteriis sibi subiectis conservari maximè procurent, in vim cuius decreti Alexander Sperellus Vicarius Generalis Eminentissimi Domini Cardinalis Estensis, ut suo muneri satisfaceret, intendebat singulis annis Monasteria Regularibus subiecta, visitationis gratia, in concernentibus clausuram ingredi, ad quod cum ceteri Regulares annuerent, Fratres Sancti Domini resistunt, prætendentes duo. Prius vigore eiusdem Decreti, Episcopum solum, non autem eius Vicarium, etiam mandatum speciale habentem, ingredi posse. Posterius, nec quidem Episcopum valere, nisi aliquam rationabilem violatæ clausuræ susceptionem habeat, ex Roder. 99. Regul. tom. 1. quasi. 47. art. 10. Vnde, cum Orator hac in re nil præter Dei honorem querat, ac neque desidia, neque nimio zelo laborare intendat, supplicat humiliter pro opportuna horum casuum declaratione. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, ad utrumque dubium respondit, non solum Episcopo, sed etiam Generali eius Vicario ad hoc speciale mandatum habenti, licere pro clausuræ visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum; tamen nulla rationabilis violatæ clausuræ suspicio irreperit; & acriter reprehendit Rodericum, quod hac de re tam audacter locutus fuerit, subscriptio. Antonius Cardin. Caietanus. Locus + Sigilli. Suppositis igitur tot Sacrarum Congregationum Declarationibus, & Responsonibus; durum esset contra stimulum calcitrare.

RESOL. CCCXVII.

An Episcopus possit reservare casus circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas? Et an in dicto casu contravenientie sint absolvenda ab Ordinario, vel à Prælo Regulari? Et an Moniales Ordinario subiecta subiacent casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reservat pro sua Diocesi, etiam si de his Monialibus non fiat expressa mentio in edicto reservationis? Et an possit Prælatus Regularis pro Monialibus sibi subditis reservare casus, & censuras; neque est opus, ut Prælatus id faciat cum capitulo, cum Moniales capituli non habeant? Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 52.

§ 1. Affirmativè respondet Baucius in M. scellaneis Casuum Conscient. tom. 2. Opus. 3. q. 269. petet. 2. ubi sic ait: An Ordinarius possit sibi reservare etiam respectu Monialium exemptarum casus aliquos concernentes materiam clausuræ, vigore potestatis competentis ipsi tanquam delegato Sedis Apostolicæ circa custodiam clausuræ dictarum Monialium, v. g. ne prolixius loquantur cum extraneis officio Monasterij aperto, &c. Respondetur affirmativè, nempe posse id facere: & consequenter in casu contravenientis esse absolvendas ab Ordinario, non autem à Prælo Regulari. Vnde habes quod extra casum clausuræ, non potest reservare casus, respectu Monialium exemptarum? Ita ille; & ante illum Pellizzarius, tract. de Monialibus, c. 10. sect. 1. n. 48.

2. Sed ego discedo ab hac sententia virorum amicissimorum; & adhaereo opinioni negativæ, quam tunc non minus doctus & amicissimus noster Pater Palqualigus in Q. Q. Canon. Centur. 2. quasi. 161. per totam; quia delegatio quam concedit Concilium Tridentinum Episcopo in ordine ad clausuram Monialium exemptarum, est solum in foro externo, vt

constat ex verbis ipsius Concilij, sess. 25. cap. 5. de Regularibus. Deinde cum reservatio sit restrictio iurisdictionis in ordine ad absolutionem Sacramentalem sequitur quod requirat iurisdictionem circa eos, quibus restringitur iurisdictione pro foro interiori, & quod iurisdictione restricta sit dependens à iurisdictione restringentis: Sed per delegationem Concilij Tridentini confertur solum iurisdictione in ordine ad clausuram Monialium restituendam, & conservandam; non autem tribuitur aliqua iurisdictione supra Prælatos Ordinarios Monialium, & ideo non poterunt Episcopi reservando sibi aliquem casum restringere auctoritatem, & iurisdictionem Prælatorum Ordinariorum, aut eorum, qui eam habent supra Moniales in foro conscientie à Prælati Ordinariis. Hæc namque sunt diversæ iurisdictiones, & facultates, vt per se constat. Ergo, &c.

3. Verum si quæras hic an Moniales Ordinario subiectæ subiacent casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reservat pro sua Diocesi, etiam si de his Monialibus non fiat expressa mentio in edicto reservationis: Respondetur affirmativè, nempe si biacere casibus, & censuris reservatis. Ita Doctores, quos tacito nomine, citat, & sequitur Pellizzarius, tract. de Monialibus, cap. 10. sect. 1. n. 51.

4. Et nota hic etiam cum eodem Pellizzario, num. 46 & Baucio ubi supra, petet. 1. posse Prælatum Regularem pro Monialibus sibi subditis reservare casus, & censuras; neque est, opus ut Prælatus id faciat cum Capitulo; nam moniales non habent usum Capituli, ac proinde sine oraculo Capituli potest reservare casus, & censuras respectu Monialium sibi subditarum; nam solum est cautum in iure, quando est faciendæ reservatio casuum respectu hominum Religiosorum, non respectu monialium non habentium usum Capituli.

RESOL. CCCXVIII.

An Regularis explanans aliquem casum conscientie Moniali incidat in penas Decreti Sacre Congregationis contra colloquentes cum Monialibus? Et an idem dicendum sit, si Regularis accedat ad componendam aliquam seditionem etiam inter Moniales; vel ad consulendam Monialem gravissima tristitia affectam, vel ad consulendum in re gravi concernente bonum Monasterij, aut aliquod pietatis opus, vel titulo urbanitatis, & ad alios similes casus? Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 55. alias 54.

§ 1. Negativam sententiam, me citato, probabilem esse existimat Pellizzarius tract. de Monialibus, c. 10. sect. 3. subsect. 2. n. 277. ubi sic ait: Ad do, quod docti Recentiores non improbabiler putent; Religiosum non si biacere penes laicos contra Regulares ad Monasteria Monialium accedentes sine licentia, si alicui Moniali declaret casum aliquem conscientie; cum talis loquutio officium habeat pie exhortationis; & alioqui cesset finis prohibitionis in particulari, iuxta ea quæ habet Diana p. 5. tr. 14. ref. 96. & si velint consequenter philosphari, concedere debent; Ordinarium posse mittere Religiosum ad aliquod Monasterium Moniali causa ibi exercendi aliquod opus pietatis, (v. g. ad componendam aliquam seditionem exortam inter Moniales, ad consolendam Monialem gravissima tristitia affectam, ad consulendum in re gravi concernente bonum Monasterij, & ad alios similes effectus;) in his quippe procedit eadè ratio, quæ in casu à præfatis Doctoribus cõcesso, Nec obstat, quod Sac. Congr. in decreto iussu Syxti V. edito a 1590. expressè statuit, nulli Religioso cuiuscumque Ordinis, gradus, qualitatis, ac dignitatis, (exceptis Superioriore.

Quoad censuras pro viris Religiosis supra in Ref. 114. per totam, & in alio §. eius not.

Sup. prima diff. huius rituli supra in Ref. 172. prope finem, à vers. quod si quis & in Ref. 306. etiã prope finem, & in tom. 5. tr. 1. Ref. 87. § vit ante medium, vers. qui etiam.

Que nunc reperiatur in tom. 6. tr. 1. Ref. 71 & in aliis multis eius primæ not. & etiam secunde.